



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput I. Canones de vita & honestate Clericorum innovantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„nis negotium prosequatur, hæc in præ-  
 „fenti Sessione statuenda censuit.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1562.

## CAPUT I.

*Canones de vita & honestate Clericorum  
 innovantur.*

„Nihil est, quod alios magis ad pie-  
 „tatem, ac Dei cultum assidue in-  
 „fruat, quam eorum vita & exemplum,  
 „qui se divino ministerio dedicarunt;  
 „Cum enim a rebus sæculi in altiore  
 „sublati locum conspiciantur; in eos  
 „tanquam in speculum, reliqui oculos  
 „conjiciunt, ex iisque sumunt, quod i-  
 „mitentur. Quapropter sic decet omni-  
 „no clericos in sortem Domini voca-  
 „tos, vitam, moresque suos omnes com-  
 „ponere, ut habitu, gestu, incessu, ser-  
 „mone, aliisque omnibus rebus, nil nisi  
 „grave, moderatum, ac Religione ple-  
 „num præferant: levia etiam delicta,  
 „quæ in ipsis maxima essent, effugiant,  
 „ut eorum actiones cunctis afferant ve-  
 „nerationem. Cum igitur, quo majo-  
 „re in Ecclesia Dei, & utilitate, & or-  
 „namento hæc sunt, ita etiam diligen-  
 „tius sunt observanda, statuit sancta Sy-  
 „nodus, ut quæ alias a Summis Pon-  
 „tificibus, & sacris Conciliis, de Cle-  
 „ricorum vita, honestate, cultu, doctri-  
 „naque retinenda, ac simul de luxu, co-  
 „messationibus, choreis, aleis, lusibus,

Z 3

„ac

Sæcul XVI  
A.C. 1562.

„ac quibuscunque criminibus, necnon  
 „fæcularibus negotiis fugiendis copio-  
 „se, ac salubriter sancita fuerunt, ea-  
 „dem in posterum iisdem poenis, vel  
 „majoribus arbitrio Ordinarii imponen-  
 „dis, obseruentur: nec appellatio exe-  
 „cutionem hanc, quæ ad morum cor-  
 „rectionem pertinet, suspendat. Si qua  
 „vero ex iis in desuetudinem abiisse  
 „compererint, ea quamprimum in usum  
 „revocari, & ab omnibus accurate cu-  
 „stodiri studeant, non obstantibus cor-  
 „suetudinibus quibuscunque: ne sub-  
 „ditorum neglectæ emendationis ipsi  
 „condignas, Deo vindice, poenas per-  
 „solvant.

## CAPUT II.

*Quinam ad Cathedrales Ecclesias  
 assumendi.*

Quicumque posthac ad cathedrales  
 „Ecclesias erit assumendus, is non  
 „solum natalibus, ætate, moribus, &  
 „vita, ac aliis, quæ a sacris Canonibus  
 „requiruntur, plene sit præditus, verum  
 „etiam in sacro Ordine antea, saltem  
 „sex mensium spatio, constitutus: qua-  
 „rum rerum instructio, si ejus notitia  
 „nulla aut recens in curia fuerit, a Se-  
 „dis Apostolicæ Legatis seu Nunciis Pro-  
 „vinciarum, aut ejus Ordinario, eoque  
 „deficiente, a vicinioribus Ordinariis  
 „suma-